

CANCELL.
MARTIS B.
1716.

IX. B. c. 189

57.

~~D. 5.~~

~~XXVIII. 9. a~~

anf
1

Index Materiarum

- I. De eo quod depositario, amisso deposito, salutare est, Dissect.
Joh. Christ. Leonhardi p. Lic. Vitis. Hala.
- II. De Foro Clerici delinquentis sub p[re]s. D. Sigism. Gottlieb Hilgeri
Christoph. Joh. à Munchhausen, Lips. 1715.
- III. De Diverso colorum Jure. sub p[re]s. Sam. Hrycij Phil. Ludov. Schot.
Wl[ad]is. Hulae, 1709.
- IV. De Pascuis ad Culturam non redigendis, Joh. Georg Kob, pro Lic.
Altorfij 1714.
- V. De eo quod iustum è circa Venationes in gre, et in spe circa Vena-
tiones precarias, sub p[re]s. Joh. Philip. Witt, f[un]d[am]ent. Ant. Gall-
froyß pro Lic. Erfurt. 1713.
- VI. De amissa Possessione Agri inundati sub p[re]s. Sim. Hean. Mupsi, Fr.
Joach. von Linnich Kiloni 1703.
- VII. De Tabulis Casualibus, vulgo *Urs. Ursen* - u. Joseph. Vignistron, Gotthofr.
Dauer Adv. Lips. pro Lic. Erfurti, 1693.
- VIII. Utrum Josephus fuerit Dardanarius, vulgo *Urs. Josephus Dardanarius* -
sub p[re]s. Joh. Paul Kradtj Ant. von Dähle Sena, 1707.
- IX. De Jure Columbarum, sub p[re]s. Petr. Mulleri, Joh. Fr. Lumbel, Sena 1706.
- X. De Jure Ventorum, *Urs. Luff* - u. David. W[il]h[el]m, sub p[re]s. Hean. Lumbel
Eras. Löwenig, Altorfij 1675.

- XI. Electa De Jure Carum. Von Jinde. Kunst Herr. Klaveri Pava 1711.
- XII. De Lege extirpandorum Haereticorum, Jo. Phil. Wriber, Erfurti, 1707.
- XIII. De Jure Civium Ur. Lipsiae, von Jinde, sub p. Georg. Ad. Struvij,
Herr. Groland, Jena, 1702.
- XIV. De Jure Venandi ex generali investitura in Subfeudum valide con-
cesso, sed defectu subinfundationis extincto, M. D. Ludov.
Löffler pro Lic. Altdorffij 1706.
- XV. De Colonis Partiaris. Von Jallbunne, Jorem. Eyber, pro Lic. Altdorffij
1717.
- XVI. Geographiam libera Venationis Germanicae, imprimis Svecicae,
di Jure Jind. Jind. Jind. sub p. Steph. Christoph. Har-
precht, Joh. Ehr. Keszely, Tubinga 1702.
- XVII. De Schuttetis, Heimburgis et Scabinis paganicis, p. Joh. Christoph.
Jandring, Joh. Jac. Jandring, Jena 1707.
- XVIII. De Jure Salinarum, p. Joh. Georg. Jandring, Joh. Fr. Jandring Helm-
stadt 1707.
- XIX. De Judiciis Metallicis, Ur. Jandring, Jandring, p. Georg. Jandring,
Jandring, Dieter. Werner Berxalman, Helmst. 1705.
- XX. De Jure Aluvionum in Imperio, p. Herr. Cocejo, Carl. Podesz.
Duvell, Acanie 1708.
- XXI. De Jure Accipendi viri verbis conjunctos, p. Herr. Cocejo, Joh.
Eug. van Telden, Traject. ad Rhod. 1709.
- XXII. De Felio Affectionis et Amoenitatis, p. Herr. Cocejo, Franc. Casim.
Heuchelin, 1700.

- XXIII, De Jure Digitorum Vom fingerrecht, C. Fr. Schamberg,
Luis. Linn. von Gumpel Lpz. 1715.
- D. Sigism. Gottlieb Hilligeri Programma invid. ad Orat. ob Profess-
sionem Ordinarij Juris Feudalis demandat. d. 20. Nov. 1715, habendam.
- XXIV, De Prodigalitate, C. Fr. Schamberg pro Lic. Lpz. 1714.
- XXV, De Futura periculoso, Vor geschickten geschickten in dieh. C. Fr. Henrico
del Boden, Adolph Gottlieb von Blüth, Halle, 1718. pro Lic.
- XXVI, De Jure Ripariarum s. habendi portonem in flumine publf. vulgò
für den Fluß, C. Fr. Henr. Minner, Carl. Doach. Göttinger
Expedita, 1714. pro Lic.
- XXVII, De Jurisdictione quam persona Illustres et Nobiles per Officiales
exercere solent, C. Fr. Barthio, C. Fr. a Schönberg Lpz. 1698.
- XXVIII, De Molendinis in genere et in spe potissimum Sakaarius, Von
Zwang-Müller, C. Fr. Petr. Müller, H. Mart. Müller, Sena, 1678.
- XXIX, De Crimine adulteratorum vinorum C. Fr. Emanuel. Webers, Jos-
eph. Dülbergers Piasa Haasorum, 1700.
- XXX, De Jure Præventionis circa Venationem, Vom Vist der Vorzüge
C. Fr. Joh. Fridem. Schneider, Christian. August. Hiere Halle 1715.
- XXXI, De Conjugio inæquali Personarum Illustrium C. Fr. Henr. Corcio
Frid. Lang. pro Lic. Heidelb. 1687.
- XXXII, De Pecunia statim perdituro credita C. Fr. Sigism. Gottlieb Hilliger,
Christoph. Gottlieb Weigel, Lpz. 1710.
- XXXIII, De Jure Principis ^{Evangelici} circa Divortia C. Fr. Jusf. Hennig. Doehmer,
Jos. Fr. Käyser, pro Lic. Halle 1715.

XXXV. De Præbenda Equestri dicta de Vind. Gründl. G. Fr. Gott. Stra.

^{Alap. 7. 1710.} Joach. Frid. Hauser, Sena 1716.

XXXVI. De Jure Congruæ, Vom G. Phil. Hoff, Sena, 1678.

XXXVII. Christiani Ulr. Gruppen De Amoris illecebris, Von Ludov. Lantgen,
w. Charmlin, Sen. 1718.

[Large decorative flourish]
~~15. 17.~~



RECTOREM
ACADEMIÆ MAGNIFICUM,
CELSISSIMOS PRINCIPES
DOLGOROUCKIOS,
PATRES UTRISQUE REIPUBLICÆ
CONSCRIPTOS,
 NEC NON
GENEROSISSIMOS AC NOBILISSIMOS DNN.
COMMILITONES
 AD
ORATIONEM
 OB
PROFESSIONEM ORDINARIAM
JURIS FEUDALIS COMMUNIS ET SA-
XONICI CLEMENTISSIME DEMANDATAM
D. XX. NOV. MD CCXV.
 IN
COLLEGIO PETRINO
 HORA IX. CONSVETA
 HABENDAM
 SUBMISSA OBSERVANTIA AC VENERATIONE
 DEBITA
 INVITAT
D. SIGMUNDUS GOTTLIEB
HILLIGER,
 UTRISQUE JURIS FEUDALIS PROF. PUBL.

RECTOREM
ACADEMIAE MAGNIFICUM
CELSISSIMO SERRINIO
DOLGOROUKLOV
PATRES ILLUSTRES REIPUBLICAE
CONSENSITOS
EAVERTISSIMO AC VOTISSIMO DNI
COMMITTONES
AD
ORATIONEM
OB
PROFESSORUM ORDINARIAM
IURIS FIDELIUM COMITUM ET SA-
XONICI CEMENTISSIME DELEGATAM
D. 22. M. CC. C.
COLLEGIO PLENO
SUBMISSA OBSERVANTIA AC VENERATIONE
D. SIGMUNDUS GOTTLIB
HILGER
UTRICVSVE FÜRSTLICHES HOCHSCHULE

DEI ADJUTORIO.

Credibile est, gentem humanam eo potissimum tempore, quo Civitatis jura (quæ primordium suum non adeo diu post hanc universitatem a Summo Creatore nobis concessam habuere) ^(a) sibi asseruit & res suas quodammodo separatas possedit, omnibus modis eo annisam fuisse, ut negotia sua cum Sociis contracta non nisi validissimo quodam vinculo continerentur. Veritatem rei non minus probat ipsa conditio hominis, quem tanquam animal providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & consilii præclara quadam conditione generatum esse, Ethnici quoque agnovere, ^(b) quam & in nonnullis exemplis sacræ paginæ ^(c) testantur, cum quibus hoc passu non inepte conjunguntur ea, quæ vetustissimi quidam Graciæ Scriptores posteris suis reliquerunt, ut PLUTARCHUS, ARISTOTELIS ^(d) ac HERODOTUS, quanquam ultimum innumerabilibus refertum fabulis, patrem tamen Historiarum esse existimaverit Romanus Orator ac Philosophus CICERO. ^(e) Quibus positis cum & tempore, quod supra memoratum est, objecta quadam aliis concedenda, juramentum, servitia, fidelitas aliaque naturalia & essentialia veluti rudera ad feuda constituenda nota fuerint, ea quoque paulatim constituentibus rei naturam non advertentibus revera, quanquam non tam sub plenaria, ut hodie fieri assolet, cultura introducta. A scopo non adeo recessisse videbimur, si cum B. STRYCKIO ^(f) opinemur, (quanquam non per omnia

^(a) Genes. 17.
17.

^(b) CICERO
L. 1. d. Leg.
^(c) Genes.
XXIV. com. 3.
seqq.

^(d) Magnor.
Moral. L. 2. cd.
op. Aurel. 1606.
^(e) all. L. 1. d.
Leg. pr.

^(f) Exam Jar.
Feud. c. 1. q. 3.

omnia doctrinam, quam in Examine suo proposuit, amplectendam esse jamdudum Eruditis suboluerit) Epochæ Regis Israelitarum ZIDECKIÆ gentilisque capititis NEBUCADNEZARIS, si non quoad nomen, quoad rem tamen feudorum usum non prorsus fuisse latebris quasi quibusdam retentum: cui assertioni ut fidem non adeo improbabilem habeamus duæ circumstantiæ svadent, si videlicet meminerimus, ipsum ZIDECKIAM non fuisse victum a NEBUCADNEZARE, sed fratrem JOJACHIM, priorem vero loco ultimi Regis declaratum Imperii præfullem: (g) Hinc cum prior antea nullo vinculo Homagii obstrictus reperiretur, potius cum terram regiamque dignitatem antea haud sub potestatem redactæ reliquisset, credendum magis socium sibi ascivisse, sed nihilominus sub lege juratæ fidelitatis, & ne impostero bello ab eo lacefferetur; Si enim ut merus subditus considerandus fuisset, Regis ad minimum nomen exulavisset, sicuti forte Romani Judaico Territorio non Regem, sed Tetrarcham præponendum curabant; denique Ethnicorum Monarcharum ambitio (b) vix permisisset, subditum quempiam esse, Regem tamen adhuc appellari, considerando pro istius status facie regium titulum non multis limitibus circumscriptum fuisse. Quocirca non inconcinne ex antea allatis concludendum, si subditis propemodum non veniant annumerandi Reges sub jurejurando constituti, esse profecto aliquid, quod naturam feudorum non omni modo respuisse intelligatur. Eadem ratione neque ipsum Romanum populum casus beneficiarii latere poterant, quamvis de-

nomi-

(g) 2. Chron.
XXXVI. v. 10
& 13.

(b) arg. eorum
quæ in c. I.
HEZRÆ pro-
ponuntur.

nominatio feudorum, si non ante, certe tamen seculo
 undecimo invaluisse, licet Goldastus aliter velit. ⁽ⁱ⁾ (i) Vid. Dn.
 Si enim ævum illud, quo AUGUSTUS, imprimis autem TI- THOMAS
 BERIUS callidissimi Imperatores regnare, examinamus, Select. feud. p.
 m. 202. seq.
 Consules certe caterique juratam fidem ultimo præcipue pol-
 liciti sunt; Non sane tum temporis ulla subjectionis nota erat,
 quippe ipsi Imperatores consulatum petebant, nec facile quip-
 piam effectui dabatur, nisi tanquam propemodum pares as-
 sensum Senatus impetrassent, nec forma imperii tum quasi
 per Simulationes artificiaque Politica plantanda ipso fere jure
 dissuadebat subjectionis in visum alias nomen respectu eorum
 urgere, qui ante habenas imperii, sicuti consules, tenebant.
 Qui Historiam recentis ætatis collaturus est, facile,
 quæ dixi, conjecturabit vel acutissimo Scriptore TACITO
^(k) (k) In Annal.
 L. 1. & 2. per
 totum. autore. Sacramenti vero mentionem ^(l) (l) Annal. L. 1.
 c. 7. & 8. injicit sequen-
 tibus verbis: SEXTUS, inquit, *Pompejus & Sext. Apulejus*
Coss. primi in verba Tiberii Caesaris juravere, apudque eos
Sejus Strabo & C. Turrianus, ille Prætoriarum Coh. Præfectus,
hic annone, ubi simul in capite subsequenti præcipue memo-
 rabiliter notatur, Messalum Valerium in favorem Tiberii con-
 stituisse *renovandum per annos sacramentum in nomen Tibe-*
rii. Crederem modum, quo sibi Imperatores personas
 memoratas obligaverunt, si non in totum, certe tamen
 proxime Feudo Gastaldie, quamvis hoc improprio adscri-
 batur, ^(m) (m) LUDOV.
 de dic. feud. c. 4.
 hujus feudi va-
 ria conf. c. extr.
 2. f. 81. accedere. Plura doctissimus HATTYSER
⁽ⁿ⁾ (n) Anal. J.F.
 c. 1. pr. ac Herm. VULTEJUS ^(o) (o) de f. c. 1. fin. suppeditabunt. Non
 tamen videntur illi omni modo audiendi, qui feuda intui-
 tu prædiorum stabilita esse propugnant. Nam quod de
 Veteranis forte disputatur & agris ipsis concessis, istud non

de actualibus servitiis sumendum, sed potius, ut propter præterita præmium quasi virtutis præstitæ possiderent ac reliquam (p) vitæ portionem sustentarent. Quo vero obscuriora, quæ tradita hæctenus de feudi conditione, indicia prostant; eo excellentiora vestigia semet prodiderunt orto Regum Francorum imperio, vergente imprimis seculo quinto, (q) ubi beneficiario jure sub lege fidei & servitii prædia concessa existimantur, sicuti jam sub CLODOVÆO Magno, cujus regnum ab HELVICO Chronologiæ peritissimo ab anno Christi 484. usque ad annum 520. notatur, beneficiorum ejusmodi crebra fit mentio, quod & in selectis capitibus Hist. Jur. Feud. Germanici animadvertit celeberrimus THOMASIVS. (r) Dein à Francis usque in Longobardorum ditionem beneficiorum usus percrebuerat & seculo duodecimo Longobardici Juris Compilatores restaurando isti juri operam dederant, demum feudorum pedetentim vocabulum usu quoque receptum est, (s) quod magis magisque confirmatur exinde, quod ne quidem vetustus autor de BENEFICIIS, quem librum Marquardus FREHERUS Eruditorum oculis subjicere volebat, diu desideratus, demum à Dn. THOMASIO ex dono Illustris ab EYBEN luci publicæ est expositus (quem libellum illustris editor seculo decimo compositum esse (t) colligit) nominis hujus recentioris ne minima quidem momenta indicet. Sed quorsum hæc disputatio, curiosa quidem, realem tamen in causis decidendis directo usum non præstans? Poterat igitur sufficere brevi quadam regula sevisse, feudorum usum utut obscurum, quoad rem tamen procul dubio invaluisse, peculiare vere observationes cir-

(p) TAC. Annal. L. I. c. 26. ibi de præmiis finitæ militiæ.

(q) B. TITII Jus Feud. Germ. c. 1. §. 14.

(r) §. 34. p. m. 50. seq.

(s) Vid. l. F. 1. §. sciendum. 2. F. 3. §. Nulla autem.

(t) De Libr. vet. d. benef. autore, fato, vetust. §. 37.

ca Feuda Francis potissimum primum deberi, donec tandem & jus Canonicum (u) & quilibet Legislator ex avtonomia, qua gaudet, imo & privati respectu pactorum prædiis feudalis concessis adjectorum ulterius illud excoluerint, ut cum ante forte eadem brevi Sciagraphia quadam, ut jura Emphyreutica in Pandectis solent, proponi potuerint, nunc ob plura singularia, quæ circa beneficia data occurrunt, si non totum Volumen, uti quidem ROSENTHALIUS ac SCHRADERUS, prior in Synopsi Feudorum (w) inconuenienti quidem tam vasto operi vocabulo, alter in Tractatibus feudalis (x) (in quo libro tamen multa otiose tractantur) præstiterunt, certe tamen libellos congruentes absolvunt, inter quos Illustris COCCEJI Jcti Regis Borussia, etsi Vir hic summus non nisi iterum à summis viris laudari se patitur, æstimari solent Hypomnemata Juris Feudalis. (y) Expediit potius diligentissime perquirere arctissimum inter dominum directum ac Vasallum negotium, quibusque legibus vinculum hoc quasi sit conglutinatum, ad cuius constantiam ac valorem conservandum non parum adjuvat, ne Vasallo imprimis permittatur jus suum, quod habet, proprio ausu executioni dare, cum sæpius propria utilitati nimium indulgens à recti tramite deflexurus foret. Et sicuti quidem consortium ipsorum, quamdiu res litiganda amice possit componi, non inique cum societate conjugum compareretur, (z) utpote quæ raro ad iudicium provocare debeant; Ita si forte Litigium, ubi quis pro sua causa pugnare cupit, oriatur, ne forte ex propria decisione tumultus excitentur (aa) personis certis cognitionem controversiarum expediendarum commiserunt, quæ cum iurgium forte

(u) tot. tit. de feudis.

(w) Impress. Spira 1600. & Francf. 1662.
(x) Prodiit Francof. 1594.

(y) Impressus liber denuo Francf. ad Viadr. 1745.

(z) 2. F. §8. pr. ibique BITSCH. in Comm.
(aa) L. 178. D. d. R. J. add. RO-

ROSENTH. forte inter Dominum aut convasallos oriretur, pro natura
 Syn. feud. c.9. feudi vel Imperator, Pares Curiz (i. e. illi, qui eadem ratio-
 m. 1. concl. 2. ne à Domino feuda recognoscebant,) item pares domus
 n. 8. Compares & apud Germanos die Manne nuncupantur, (bb)
 (bb) 1. F. 2. §. 1. & ita quasi peculiare forum, excluso iudice alias ordinario,
 2. F. 54. 1. F. 10. constituebatur, quam tamen potestatem citandi concessam
 2. F. 39. Si in- eo casu largior, si forte Dominus territorium possideat aut
 ter domin. 2. F. jurisdictione à Superiore sit in suos Vasallos investitus, hinc
 58. f. Lehnd. est quoque, quod jure feudali Longobard. imprimis sæpius
 Tit. 65. & 68. provocetur vel ad arbitrium vel ad Judicem ordinarium

(cc) 1. F. 18 2. (cc) ex quibus textibus colligo in subsidium, si indicatæ qua-
 F. 15. 2. F. 34. litates respectu Senioris non adsint, iudicem quoque alias
 §. si autem. 2. F. in personalibus vel realibus causis pro re nata esse compe-
 58. §. Item tentem, nec non eo in casu si forte pares domus non fue-
 sciendum. rint (dd) quod facile poterat contingere in domino direc-
 (dd) 2. F. 16. to cujusdam privati, qui vix unum fidelem nominare po-
 Hæc obiter. Certum ad minimum est, & pro
 regula habendum, Vasallo non licere jus sibi competens si-
 bimetipsum pronunciare; ut proinde possessio, quam violen-
 ter occupavit, pro nulla judicetur. (ee) Certis tamen cir-
 cumstantiis suppositis contingere potest, Vasallum tanquam
 Partem & Judicem aliquando concurrere, quarum notabi-
 lia, quantum reliquum chartæ spatium permittet, prima-
 rio jam exponere animus est. Antequam vero jure illo
 valde alias odioso & plane extraordinario uti quis possit, di-
 ligenter præmonemus, auxilium hoc utpote subsidiarium
 eo demum tempore adhibendum, quo apparet, aliis inter-
 positis personis jus integrum ac salvum non superesse.
 Posthæc modi, quibus hæc propria judicandi potestas per-
 mittatur,

(ee) Aut. de
 Benef. §. 40.

mittatur, sobrie sunt segregandi; In quibusdam enim casibus iudex alias quicumque sit, juxta supra adducta, competens, vel certe dominus quodammodo concurrat, in quibusdam e contrario excluditur. Prioris positionis veritas in eo semet prodit, si forte is, qui beneficium concessurus est, propriam istius occupationem permiserit aut taciturnitate sua invadendi arbitrium, quamvis haec tenus incongruum, approbaverit, (ff) *ROSEN-* cuius rei licentia sicut facile ex natura renunciatum defenditur, (gg) ita Legibus tam Teutonicis *TH. d. feud. T. II. c. 10. conclus. 41. c. 33. 89.* quam extraneis non plane incognitam fuisse argumentatur, modo memineris post domini voluntatem mutatam, maxime si turba ex propria feudorum arripienda possessione oriatur, ipso jure hanc potestatem non amplius competere. *(gg) HUB. GIPHAN. de Renunc. ad L. p. C. d. Pactis. p. m. 13. add. L. 3. C. d. pignor. & hyp. (bb) Art. 11. §. 6.* Illustris hujus occupationis documentum extat in famosa apud Osnabrugenses condita pacificatione, (bb) ubi gloriosissimae memoriae Divo FRIDERICO WILHELMO Electori Brandenburgensi Archiepiscopatus Magdeburgensis post discessum Administratoris Domini AUGUSTI Ducis Saxoniae in feudum perpetuum erat concessus, cum clausula propria autoritate vacantem apprehendendi possessionem. Interim hoc à Domino directo facta permissio non efficit, quo minus deinde solennia ad investituram faciendam remissa censeantur. Sæpius vero controversiæ feudales ob non integram probationem datam ita redduntur obscuræ, ut iudex plus simplici vice vel ex officio vel ad instantiam ipsius Actoris jurejurando locum relinquere debeat, ubi dum jurantis conscientia

B

tia

tiæ occulta quædam committuntur, cumque non faci-
 (ii) I. f. D. d. le post juramentum præstitum de perjurio quaratur, (ii)
 in lit. jur. Simpliciter certe tuitio juris iterum feudatario super-
 est, jurejurando enim præstito sententia pro re nata vel
 condemnatoria vel absolutoria subsequi necessario de-
 bet. (kk) Minus in contrarium recte ad hanc pro-
 priam Juris sui defensionem refertur, quod apud Vete-
 res in usu erat, Judicium Aquaticum, (ll) ferrum can-
 dens, Duellum (mm) aut aliud tale genus sub nomine
 purgationis vulgaris, quam tamen Canones, quasi
 Deus per hoc tentari videatur, abrogaverunt, (nn) ve-
 niens. Ubi enim ejusmodi supersticiosum satis reme-
 dium adhibuerant, non ex lubitu utentis, sed cæco
 fatorum illius temporis cursui eventus vel prosper vel
 adversus respondebat. Plures posthæc casus existere
 solent, quibus & absque ulla concurrentia Judicis feu-
 dalis jus sibi dicere vasallo permittitur, imo & certo
 modo jubetur. Contingere hoc solet 1) indirecte, si
 Vasallus rebus suis novam quandam causam adjici non
 quidem curat, nihilominus tamen, quod officii sui erat,
 tamdiu negligere potest, donec Dominus faciat, quæ
 ipsi facienda incumbebant, Vasallum adeoque non
 opus habere judicem implorare. Nec in hac thesi
 asserenda jura desunt, nec exempla. Jus Aleman-
 nicum, quod à Schiltero Eruditis oblatum est, du-
 plicem casum exposuit. Prior desumptus est ex Com-
 modato, quod Domino fidelis præstiterat & non re-
 (oo) c. 9. §. 3. stituit, ibi: (oo) *Wer sine Herren libet sein Ross oder
 ut sine Güts der ist ihme nüt schuldig zu dienende die
 vile*

wile ers ihme nüt wiedergeben und vergolten hat. Und
soll sine Tage nut leisten die er ihme gebüet umb Leben-
recht. Alter ex eo, si iustitia a Seniore non sit ad-
ministrata hisce verbis: (pp) Und wanne der Herre (pp) c. i. eod.)
dem Manne rechts vor ist, so mag sich der Mann an- §. 4. ibique
noch wol alle Wille das Wert dem Herren anoch sich seins SCHILTERin
Rechters widern. Com. p. m. 103.

Hujus tenorem fere etiam repetit
Jus Saxonicum hac addita ampliacione, jus allegatum
obtinere, si in servitio Domini amiserit quaedam, quæ
ipsi nondum fuerint resarcita, ibi: (qq) oder an seinen (qq) c. 4. in fin.
Dienst nichts verlohren, daß ihme noch nicht wieder
vergolten ist.

Simile quid sæpe dictus autor de be-
neficiis monet (rr) & ipsum jus Longobardicum dispo- (rr) §. 17. add.
sunt. Si vero forte 2) directo jus suum proprio in-
49.

stinctu sibi vindicare intendat, duplices iterum con-
ceptus invicem distinguendi veniunt. Videlicet Va-
fallus aut beneficium possidet, aut non possidet, ha-
bet tamen justam acquirendæ possessionis causam,
Priori respectu, si aliquando ab executione inchoa-
re Processum conetur infeudans, quod tamen jure or-
dinario non licebat (ss) Vasallum dejiciendo a sua pos- (ss) L. un. G.
sessione, tunc ei permillum, sicut & naturaliter vim vi
de Proh. seq.
ibi: oportet
repellere unicuique concessum, ita infeudantem, reve-
debitorem pri-
rentia paulo post habita, in continenti, ut ajunt, ite-
mo convinci,
rum dejicere. (tt) In Casu econtrario, quo possessio-
2. F. 13. §. Si
nem impetrare nequiverat à promittente, vel ob ho-
quis 2. F. 27. ib.
norem Domino habendum tueri noluerit in continen-
ab incurfu &
ti possessionem suam, omnia prius tentare debet, ante-
invasione.
quam odiosum alias propriæ vindictæ studium arri- (tt) L. 3. §. 9.
D. d. Vi & Vi
piat. arm. add. 2 F. 4.
pr.

pr. ROSEN.
TH. d. Feud
c. 16. conel. 26.
in GI. TT.
(uu) Interpret.
Usum feud. f.
m. 147.

piat. Existimat hanc ob causam D. FRIDERICH
SCHENCK ex Liberis Baronibus à TAUTEN-
BERG, (uu) Vasalli decere modestiam, ut primo
Dominum adeat, ostendendo, jus suum benigne tuea-
tur, denique feudalis rei præter juris ordinem ademp-
tæ (adde traditionis injuste recusatæ,) restitutionem
ac dationem sibi fieri petat. Ad quam flagitatio-
nem si Dominus perperam respondeat, ita ut profectu-
rum se nihil conquerens animadvertat, remedium ei
hoc placito feudali proditur, ut coram paribus curiæ
de hac rei indignitate conqueri possit. Qua de cau-
sa quærimonia facta pares curiæ, ut vasallos officii et-
iam sui decet reminisci, ut scil. Dominum adeant, de
querela Vasalli sui cum eo colloquantur, monstnan-
do, quam sit jure prohibita, quam sit exemplo et-
iam perniciofa Vasallorum spoliatio; in memoriam ei
redigentes mutua reciprocaque fide ac benevolentia Do-
minum & Vasallum obstringi, consimilibus ar-
gumentis velut dicendi ac persuadendi vehe-
mentia cogent, (salvo tamen semper reverentiæ deco-
ro) ut Vasallum hoc incommodo liberet, ejusque feudi
possessionem sine judiciali cognitione ablaram resti-
tuat, si jus sibi restare confidat, ordine judicio-
rum, paribus desuper inductis, discute permittat.
Hac ratione si dominus ter ita commonefactus nec
possessionem restituat, nec Pares aliquos hac de re
cognituros nominet, sicque justitiam coram illis pa-
ti nolit, ad Majorem Magistratum ac Superiorem, si
quem habeat, Vasallus oppressus recte confugiet.
Quan-

Quando vero nec hujus auctoritatem veritus est
 spoliator, restabit extremum praesidium, manus
 scilicet armata, ut quod iustitia duce nequiverat
 obtinere, id vis legitima armorum extundat. Ne-
 que consilium hoc Schenckianum, cui proxime acce-
 dit Franciscus SONSBEKIUS, (xx) juris robore tam
 Germanici, quod primario in controversis feudalibus
 spectandum est, (yy) quam extranei destituitur, sive
 enim in hanc rem consulamus Codicem Schilterianum
 Juris Alemannici, quem in Comitibus Noricis 1204. im-
 periali auctoritate publicatum esse refert auctor, certe
 vel in Cap. statim decimo tertio ita in §. 2. legimus ex
 versione latina: *Quod si moritur successor adeat iste
 Dominus & petat, ut Dominus eum in feudum im-
 mittat per nuncium suum. Si Dominus nuncium
 concedit jus fasque est: Si vero Dominus id non facit,
 potest Vasallus PROPRIA AUTORITATE feu-
 di possessionem occupare, nec (notanter) contra jus eo
 ipso facit; cui doctrinae statim subjungitur alius quis-
 piam casus priori fere similis, scilicet propriam Juris
 assertionem licitam esse, si Dominus Vasallum ad
 Librae quantitatem aut ampliorem summam ex fundo
 suo investiat, qui plus valet: tunc Dominum teneri
 Vasallo, ut assignet eam summam ex fundo. Eo ve-
 ro omisso jus esse Vasallo, propria auctoritate fundum
 totum occupandi, & pecuniam suam sibi solvendi.
 (zz) Sive Longobardorum examinemus mores, con-
 cordantem sententiam nobis suppeditabit textus 2. F.
 22. ubi post ea, quae supra uberius Baro SCHENCK
 B 3 expo-*

(xx) in Comm.
 ad Ul. feud. p.
 14. n. 32. 33. p.
 m. 189.
 (yy) Dn. Tho-
 mas. in hist.
 Jur. feud. §. 70.

(zz) c. 14. conf.
 Jus Feud. Sax.
 c. 10.

expōuit, denique addit: *Si Dominus ei (Vasallo) iustitiam facere noluerit, poterit eum depradare.* Censet equidem Caspar BITSCHIUS, (aaa) depradare non a prada, sed a pradio derivatum esse, quasi idem significet, quod pradio exuere, vel pradium manu militari domino auferre; at naturalem omnino significatum vocem retinere ex contextu apparet, eamque opinionem defendit CUJACIUS, quod Vasallo, tanquam jam omni fide soluto, liceat impune in Dominum grassari, & bona ejus diripere, adeoque depradare, hic idem est ac depradari. ALVAROTTUM vero, quem D. BITSCHIUS est secutus, circa verbi vim egregie ineptivisse putat memoratus Baro a TAUTENBERG, (bbb) nec incongrue; sine dubio enim principium hoc naturale & hic erit fundatum: Ubicunque auxilium judiciale non est sperandum, ibi homines vindicantur in statum naturalem, ubi quilibet jus suum, quomodo poterat, vindicabat. Et quanquam in Nostratibus Territoriis justitiæ cursus ita est comparatus, ut facile contrarium non sit metuendum: Quodsi tamen casus evenerint, quibus propria autoritate jus defendendum aut persequendum sit, Jura hæc feudalia, quatenus usu fori sunt recepta usurpare licebit, probe tamen excusso homagii nexu, quoties is cum juramento fidelitatis concurrat. Peculiarem materiæ tractationem propriæ dissertationi reservabo. Antequam tamen præfationem istam claudam, commemoranda est singularis Clementia, qua Serenissimus ac Potentissimus Dominus Dominus
FRI-

(aaa) Com. ad
d. Text.

(bbb) p. m. 151.

FRIDERICUS AUGUSTUS,
Rex Poloniarum, Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia, Mazovia, Samogitia, Kiovia, Volhinia, Podolia, Podlachia, Livonia, Smolenscia, Severia & Czernicovia & c. Dux Saxonie, Juliaci, Montium, Angaria & Westphalia, Sacri Romani Imperii Archimarschallus & Elector, Landgravius Thuringia, Marchio Misnia, & utriusque Lusatie, Burggravius Magdeburgensis, Comes Principalis Hennebergicus, Comes Marca, Ravensbergii & Barbii, Dominus in Ravensstein & c. in demandata utriusque Juris Feudalis Professione Ordinaria ad eum modum, quo praeiit dicto officio Consultissimus Dominus Godofredus Ludovicus MENCKEN Jctus Celeberrimus, Patronusque meus venerandus, jam Professor Vitembergensis, Collegiorumque Juridicorum, quae ibi habentur, longe meritissimus, gratiosissime perfrui me voluerit. Sicuti itaque mihi nunc, Deo autore, pro virili incumbit, ne Regia Gratia indigno prorsus concessa esse videatur: ita propediem Generosissimis ac Nobilissimis Dnn. Commilitonibus methodum futuris Lectionibus sacratam
sepa-

separata schedula pro Valvis aperiã. Cum vero in hac
Univerſitate laudabiliter a Majoribus noſtris fit ſtatutum,
ne quis ad Lectiones publicas ſine inaugurali ſpecimine
admittatur, conſtitui verba quædam de *potestate pri-
vato pecuniam allodiam in feudum conver-
tendi competente* publice proponere. Huic igitur
Actui *Rektor Academia Magnificus, Celfiffi-
mi Principes Dolgoronckii, Reipublicæ utri-
usque Proceres ac Generoſiffimi Nobiliſſimi-
que Dnn. Commilitones* ne intereſſe dedignentur,
ſtudio ac obſervantia, qua fieri poteſt maxima, con-
tendo rogoque. Ob hoc collocatum beneficium
Clientem me habebunt perpetuum. Dabam Lipſiæ
d. 31. Octobr. MDCCXV.

L I P S I Æ,
LITTERIS IMMANUELIS TITII.



00 A 6367

ULB Halle

3

002 916 55X





VD 17

VD 18

Reha







RECTOREM
ACADEMIÆ MAGNIFICUM,
CELSISSIMOS PRINCIPES
DOLGOROUCKIOS,
PATRES UTRIVSQUE REIPUBLICÆ
CONSCRIPTOS,
NEC NON
GENEROSISSIMOS AC NOBILISSIMOS DNN.
COMMILITONES
AD
ORATIONEM
OB
PROFESSIONEM ORDINARIAM
JURIS FEUDALIS COMMUNIS ET SA-
XONICI CLEMENTISSIME DEMANDATAM
D. XX. NOV. MDCCXV.
IN
COLLEGIO PETRINO
HORA IX. CONSVETA
HABENDAM
SUBMISSA OBSERVANTIA AC VENERATIONE
DEBITA
INVITAT
D. SIGMUNDUS GOTTLIEB
HILLIGER,
UTRIVSQUE JURIS FEUDALIS PROF. PUBL.

